



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. Ad quos præterea jus patronatūs per successionem transire possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

stulo patronum non esse, qui hæreditati renuntiavit, aut qui in re certa tantum hæres scriptus est, aut qui hæres non est, quamvis si patroni filius, aut filia; & quamvis si plures hæredes sint ejusdem patrui originalis, qui ex triplici capite patronus est, quilibet suffragium seorsim, & divisim habeat; si tamen ad eandem Ecclesiam plures hæredes sint diversorum originalium patronorum, quorum unus ex dotatione v.g. alter ex fundatione, tertius ex ædificatione patronus fuerit, non in capita, sed in stirpes, quoad jus patronatus succedunt tales, ita ut si plures sint hujus patrui hæredes, unam illi omnes tantum vocem habeant, ad presentandum, & alieius patrui hæredes etiam unam vocem habeant, quamvis plures sint, prout haberetur in c. quoniam 3. b. t. & Clement. 2. eodem, ne in discordia facta fuisse censeatur præsentatio. & Ecclesia suo recte caret, quo in casu cessationem à divinis imponere debet in tali Ecclesia Episcopus, donec ad concordiam redeant hæredes s. perlatum 1. b. t. nisi postquam præsentationis facienda tempus expiravit, suo jure ad constituentium in tali Ecclesia rectorem, uti velit Episcopus, quod facere potest.

S. II.

Ad quos præterea jus patronatus per successionem transire possit.

Respondetur primò, jus patronatus in prima fundatione reservatum illis, qui sunt de familia, sive agnatione funditoris, non transit prius ad hæredes, quam-

extincta fuerit tota familiæ, qua tamen extinctâ, ad extraneos etiam hæredes transit, non ex provisione hominis, sed ex provisione legis, si tamen reservatum hoc jus patronatus, cum restrictivæ particula tantum familie fuit, cum extincta familiâ jus patronatus extinguitur, sicut enim extinguitur deficiensibus masculis, si pro masculis tantum reservatum fuit; ita etiam in nostro calu extinctâ familiâ extinguitur jus patronatus, cum Ecclesia non minus approbet talem patroni restrictionem, quam jus patronatus illi concesserit.

P.. 2. Utrum ad fidei commissariatum universalem transeat cum hæreditate jus patronatus, an apud directum hæredem permaneat, in utramque partem probabilitate disputatur, cum neutra pars pro se, aut clara iura habeat, aut convincentem rationem.

P.. 3. In divisione hæreditatis, non potest ludex uni ex co-hæredibus adjudicare jus patronatus, sed manet illud penes omnes hæredes in solidum, cum jus patronatus, sit indivisibile, & ut uni præ altero adjudicetur, nulla ratio suadeat, sed caveri etiam debeat, ad cavendum Simonie periculum.

P.. 4. Publicatis bonis omnibus Patrui, & additis Fisco ob crimen v.g. læsa majestatis &c. etiam jus patronatus ad filium transire, quamvis secularis hic sit; non quidem quasi dominus secularis patronum directè private possit jure patronatus, cum hoc ad forum Ecclesiasticum pertineat, sed quid accessoriè, & indirectè, propter bona con-

Hhhh filia-

¶lata, quibus annexum est jus patro-
natūs, ad fiscum hoc jus transeat; quod
si tamen hoc jus patronatū personale sit,
& non annexum bonorum confiscato-
rum universitatis manet illud, confiscatis
etiam bonis, penes delinquentem, donec
ab Ecclesiastico magistratu illo privetur,
tamquam indignus, & vel Ecclesia fiat per
sententiam talē libera, si jus Patro-
natū non si Familiæ, vel ad Familiam
transeat juxta voluntatem, & dispositio-
nem fundatoris.

¶z. 5. Posse transferri jus patronatū
ad alium etiam per legatum in Testa-
mento factum (si enī inter vivos do-
nari potest, cui non etiam in Testa-
mento legari possit?) cum consensu
saltē Episcopi, si Laico vel Clerico jus
hoc legetur, cum iura non permittant,
ut per solam dispositionem Laici v.g. Pa-
tronī, jus hoc transferatur in Ecclesiam,
vel in filios, aut heredes.

¶z. 6. Etiam in monasterium trans-
ferri posse jus patronatū, & quidem vel
accessoriè, cum universitate bonorum,
si hæc in monasterium bonorum in com-
muni capax transferantur, vel per ingre-
sum illius, qui habet jus patronatū, ita
tamen, ut in talis casu, si jure sanguinis ad
religiosum talē jus patronatū perti-
neat, monasterium illo tantum gaudeat
uique ad mortem talis religiosi sui, ad
heredes scilicet, vel confanguineos ta-
lis religiosi, post mortem hujus trans-
gante jure patronatū,

§. III.

An & quo pacto jus patronatū
donationem ad alios transferri possit;
an etiam Ecclesia concedat
posse?

Ecclesiæ, monasterio, ut aliis
gioso loco, vel Dignitatibus Ecclesiæ
ex, potest Patronus jus suum Patronatū
donare, etiam sine consensu Episcopi
requisito, non autem personæ aliæ
private, qua tali, sive Laicis illi his
Clericis, prout haberunt in cunctis, &c.
cum enim per priorem donationem a
maxibus Laicorum Ecclesiæ beneficiis
posteriorē verò donatione in gratiam
sæpe jugum incidat, conseq[ue]nter de-
bet, non quidem in illo posteriori, in
hoc tamen posteriori, auctorita Episcopi
copi, cuius est datum Ecclesia sive
terre, intervenire. Iura vero, que
hoc titulo plura afferuntur & quæ
Auctor. Meth. hoc loco videri possunt
quibus videtur probati, non possunt
Laicis in Ecclesiam, aut pliū locis
per donationem jus patronatū, sive
sensu Episcopi, transferri, non lege
de jure patronatū non transferendo, vel
de non donandis, vel incorporando Ec-
clesia, aut in titulum vel in proprie-
tatem concedendis, quod Laici non
possunt, non tam ob dictionem
consensus Episcopalis, quam ob de-
cūm juris, quod ad Ecclesiæ
proprietatem, vel titulum donationis
non habeat.

•S(X)S•

•S(Y)S•